



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

XIV. Quod si liberti ecclesiae ad eam reuerti non velint, omnis eorum
recula iuri applicetur ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO CHRISTI 655. perpetua seruitus conditionis releget in catenam.

XII.

Si sacerdos libertatem seruis ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scripturæ tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum, qui scripturam ^{*conficit}, verius obiisse constituerit.

XIII.

^{* patro-} Excessibus libertorum ecclesiæ plerumque ^{*pa-} trocinandi videmus ecclesiam conuexari, & bicipiti coacti sumus tædio condolere: vno, dum per superbiæ reluctantis auctor contemnitur; altero,

dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur seruitutis. ^{*Idco} Adeo cum iam præteritis patrū regulis multæ super hoc diuersæ constitutionis emanauerint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur, sicut legum reuerenda san-

Sic in foro
iud. lib. 3.
tit. 2. de
nuptiis
illicitis.

ctio censuit, ita seruare totius generis nobilitas debet, vt in nullo aliena commixtio maculet, quod per totum generositas propria decorauit. Vnde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris, quam feminis, eorumque propagini interdicitur iudicio generali, ne deinceps causa ^{*connubii aut Romanis ingenuis copulenter aut Gothis.} coniunctionis quibuslibet copulentur personis ingenuis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permixtione tali genita proles nunquam merebitur ius ^{*debitæ} dignitatis, nec ecclesiæ vñquam carebit obsequiis, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

XIV.

Si contingat quemcumque de libertis ecclesiæ,

*connubii aut Romanis ingenuis copulenter aut Gothis.

*debitæ

corumque prosapiæ , contra primæuas modernas-
que patrum regulas quibuslibet * personis ingenuis
copulari, tam illis, quam eorum stirpi , non licebit
ab ecclesiæ patrocinio euagari, sed aut ad debita
obsequia reuerti cogendi sunt; aut, si redire nolue-
rint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab
ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocinio visi sunt
conquisisse, insistente pontifice, in ditionem pro-
priæ reducantur ecclesiæ.

XV.

Ecclesiæ liberti , eorumque progenies , eidem
basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, ob
sequia prompta sinceraque parabunt. Qui sicut hoc
in* obsequium pro possibilitate sui, quod viles in-
genui dabunt, ita quoque in emendatione culpa-
rum, quod inutiles ingenui sustinebunt.

XVI.

Iuxta parte
16. cap. 67. Libertis ecclesiæ , eorumque progeniei, ex om-
nibus rebus quæ de iure ecclesiæ noscuntur habe-
re, nihil licebit in extraneum dominium transactio-
ne * quârumcumque deducere : sed si ex his quæli-
bet vendere fortasse voluerint, sacerdoti eiusdem
ecclesiæ offerant conuenienter emenda, earumque
precia, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant.
Nam in dominium partis alterius rei suæ censum
nullo modo transfire permittimus. Suis autem filiis,
vel propinquis , eidem ecclesiæ vel seruitio vel pa-
trocinio subiugatis , quæcumque vendere vel do-
nare voluerint, aditus omnino patebit.

XVII.

In foro iu-
dic. libro. Baptizati Iudæi quocumque loco cetero tem-
pore